



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XLV. Quomodo sit intelligendum indultum de Officio B. Stanislai Societatis  
Jesu recitando, & Missa in Poloniæ Regno, & Magno Ducatu Lithuaniæ  
celebranda, nimirum in Ecclesiis prædictorum Regni, & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

XLIV.

Quod Clerici Regulares Congregationis Theatinorum Officium de Purificatione Beatæ Virginis Mariæ cum Octava quotannis recitare valent.

CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Proemium.

**A**D Pastorale fastigium, nullo licet merito-  
rum suffragio per ineffabilem Divinæ Cle-  
mentiae abundantiam everti, pia Christifidelium,  
eorum præsertim, qui Altissimi obsequiis sub sua-  
vi Religionis iugo mancipati, propriæ, alienæque  
saluti laudabiliter incumbunt, vana ad augendam  
in terris Gloriosissimæ Virginis Deiparæ Mariæ  
Patronæ, & Advocata nostræ venerationem ten-  
denter libenter exaudimus, eaque favoribus, &  
gratiis prosequimur opportunis.

**I.** 1. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum  
filiorum Clericorum Regularium Congregationis  
Theatinorum Nobis nuper expositum fuit, ipsi  
Officium de Purificatione ejusdem B. Mariæ Vir-  
ginis, quam in Patronam elegerunt, cum Octa-  
va recitare posse plurimum desiderent.

**I.** 2. Nos eorum desiderio hac in re, quan-  
tum cum Domino possumus favorabiliter annue-  
re volentes, & eorum singulares personas à qui-  
busvis excommunicationis, suspensionis, & inter-  
dicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris,  
& peccatis à jure, vel ab homine quavis occasio-  
ne, vel causa latis, si quibus quomodolibet innova-  
tus existit, ad effectum præsentium dumtaxat  
consequendum, harum serie absolventes, & abso-  
lutas fore censes, supplicationibus etiam dile-  
cti filii nobilis Viri Petri de Aragonia Ducis Se-  
gorbice, & Cardona, Regni Neapolis Proregis,  
dum Oratoris munere pro Charissimo in Christo  
filio nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico  
ad præstandam Nobis ejusdem Caroli Regis no-  
mine obedientiam fungebatur, ac dilecta in Christo  
filia nobilis mulieris Duciæ Feria ejus con-  
jugis nomine Nobis super hoc humiliter porre-  
ctis inclinati, omnibus, & singulis Clericis Re-  
gularibus prædictæ Congregationis Theatinorum,  
ut ipsi Officium de Purificatione memorata Vir-  
ginis Gloriosissima Mariæ quotannis die secunda  
Februarii cum Octava recitare liberè, & licite  
possint & valeant, auctoritate Apostolica, teno-  
re præsentium concedimus, & indulgemus.

**I.** 3. Decernentes eadem præsentes litteras  
firmas, validas, & efficaces existere & fore, suof-  
que plenarios, & integratos effectus sortiri, & ob-  
tinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in  
futurum plenissimè suffragari. Sicutque in præmis-  
sis per quoscumque Judices Ordinarios, & De-  
legatos, etiam Caucularum Palatii Apostolici Au-  
ditores judicari, & definiri debere; ac irritum,  
& inane, si lecus super his à quoquam quavis  
auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-  
tentari.

**I.** 4. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariais  
quibuscumque.

**I.** 5. Volumus autem, ut ipsarum præsentium  
litterarum transumptis etiam impressis, manu  
alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo per-  
sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis  
eadem proflus fides in judicio, & extra illud ad-  
hibetur, quæ præsentibus ipisis adhiberetur, si  
forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem, sub  
Annulo Piscatoris, die 20. Augusti 1671. Ponti-  
ficiatus Nostri Anno Secundo.

XLV.

Quomodo sit intelligendum indultum de Officio  
B. Stanislai Societatis JESU recitando, & Missa  
in Polonia Regno, & Magno Ducatu Lithuaniae  
celebranda, nimis in Ecclesiis prædictorum  
Regni, & Magni Ducatus quibuscumque etiam  
non Societatis JESU; extrâ verò dicta loca ad  
solam ejusdem Societatis Religionem recitari  
Officium, & Missam celebrari posse declarat.

*Indultum de quo in rubrica habes supra in Conf. 12.  
In Apostolico, hujus Pont.*

CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*Edita An. D.  
1671.

Motiva.

**A**lias piis, enixisque Charissimi in Christo fi-  
lii nostri Michaelis Polonia Regis Illustris, ac  
ac dilectorum filiorum Præpositi Generalis, &  
Presbyterorum Societatis JESU precibus, Nobis  
humiliter porrectis favorablem assensum præbere  
cupientes, de Venerabilium Fratrum nostrorum  
S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum  
consilio, ut de Beato Stanislao Kostka Polono  
ejusdem Societatis quotannis die 13. Nov. in  
universo Regno Polonie, & Magno Ducatu Li-  
thuaniae, necnon in Ecclesia Sancti Andreæ in  
Monte Quirinali hujus Alma Urbis nostræ, ubi  
ejusdem Beati Stanislai corpus requiescit, ac aliis  
omnibus, & singulis Ecclesiis dictæ Societatis  
JESU, Missa etiam à Sacerdotibus eo die ad Ec-  
clesias hujusmodi confluentibus, & à Religiosis  
ejusdem Societatis ubicunque terrarum existen-  
tibus celebrari, & Officium recitari de Communi  
Confessorum non Pontificum, juxta Rubricas  
Breviarii, & Missalis Romani liberè, & licite pos-  
sent, & valerent, auctoritate Apostolica conce-  
fimus, & indulsumus, & alias prout in nostris de-  
super in simili forma Brevis die 16. Augsti 1670.  
expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus  
pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto ha-  
beri volumus, continetur.

**I.** 1. Cum autem sicut pro parte Presbytero-  
rum Societatis praefaræ, Nobis nuper expositum  
fuit, à pluribus existimatum fuerit, Missam, &  
Officium hujusmodi non potuisse, neque posse  
celebrari, nisi in Ecclesiis dictæ Societatis, nec  
extra eas in prædictis Regno Polonie, & Magno  
Ducatu Lithuaniae, attentis verbis dictarum Litterarum,  
per qua in omnibus, & singulis Ecclesiis  
dictæ Societatis, Missam etiam à Sacerdotibus  
eo die ad Ecclesias hujusmodi confluentibus, ce-  
lebrari posse indulgetur: Nobis propterea dile-  
ctus filius Procurator Generalis ejusdem Societatis  
humiliter supplicari fecit, ut ad tollendum omne  
dubium, de opportuna declarationis gratia, in  
præmissis providere de benignitate Apostolica di-  
gnaremur.

**I.** 2. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis  
votis hac in re quantum cum Domino possumus  
favorabiliter annuere volentes, eumque à qui-  
busvis excommunicationis, suspensionis, & inter-  
dicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris,  
& peccatis à jure, vel ab homine, quavis occasio-  
ne, vel causa latis, si quibus quomodolibet innova-  
tus existit, ad effectum præsentium dumtaxat  
consequendum, harum serie absolventes, & ab-  
solutum fore censes, hujusmodi supplicationibus  
inclinati, de memoratorum Cardinalium consilio,  
Litteras nostras praefatas, quoad Regnum  
Poloniae, & magnum Ducatum Lithuaniae, de  
omnibus Ecclesiis, & Personis intelligi debere;  
ita nempè, ut in universo Regno Poloniae, &  
magno Ducatu Lithuaniae hujusmodi omnes Sa-  
cerdotes tam Saculares, quam Regulares cujus-  
cumque status, gradus, ordinis, ac Clerus univer-  
sus, possint, & valeant eadem die 15. Novembris

Constitutio-  
nem quomo-  
do intelli-  
gendarū de-  
clarat.

1671.

Missam, & Officium de eodem Beato Stanislae Koska in eorum propriis Ecclesiis, & Domibus religiosis, aliisque locis sacris celebrare, & respetive recitare; in aliis vero locis extendi ad solas Ecclesiis Presbyterorum Societatis prefatae, iuxta facultatem in eisdem literis concessam, dicta auctoritate tenore praesentium declaramus: Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis praefatorum Cardinalium.

Decretum irritans.

S. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irrum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at tentari.

Derogatio contraria.

S. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolici, ceteraque contraria quibuscumque.

Transumptorum fides.

S. 5. Volumus autem, ut ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Secretarii dicta Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in Ecclesiastica dignitate constituta, vel Praepositi, aut Vicarii Generalis ejusdem Societatis pro tempore existentes munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, qua haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostenta.

Dat. P. A. 2.  
die 30. Sept.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 30. Septemb. 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XLVI.

Prohibet omnibus, & singulis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum pro quacumque re obtinenda recursum ad personas extra eundem Ordinem.

*De hac materia vide que indicavi tibi ad Conf. 110. Admonet. Alexand. VII. ubi ad rem plura videre poteris, & ad Conf. 17. Ecclesæ, hujus Pont.*

Edita A. D.  
1671.

CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere in eam præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut regularem observantiam, religiosamque tranquillitatem inter Religiosos viros, eos præsertim, quos suave Christi jugum sub ardoribus vita instituto amplexos, ceteris modestis, atque humilitatis, & religiositas exemplo prælucere decet, quantum nobis ex alto conceditur tueri, atque conservare satagamus.

Supplicatio.

S. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Ministrorum Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes; omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus praesentibus, & futuris, ne de cetero ad obtainendas obedientias, sive permissiones visitandi eorum parentes, seu propinquos, aut loca sacra quacumque, vel ut ad dignitates, officia, aut munera quilibet ejusdem Ordinis, aut ad studia promoteantur, sive ut ab uno ad alium locum transferre, vel in aliquo particulari Conventu permane-

re eis liceat, vel ut cum eis dispensemur, ad hoc ut ante peractum septennale studium in Concionatores assumi, munusve Concionatoris exercere, aut ut ante completum in eodem Ordine septennium ad sacrum Presbyteratus ordinem promoveri valeant, sive ad alia similia consequenda tam pro se, quam pro aliis Ordinis praefati Fratribus ad quarumcumque personarum extra eundem Ordinem existentium etiam quavis Ecclesiastica, vel mundana dignitate, præminentia, & potestate fungentur, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione dignarum favores, suffragia, vel intercessiones, recurrere, illisive uti audient quovis modo, vel præsumant sub excommunicationis latæ sententiae, ac privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum quorumcumque per eas obtentorum, perpetuae inhabilitatis ad illa, & quavis alia in posterum obtinenda penis per contraventores ipso facto absque alia declaratione incurreris, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo prohibemus, & interdicimus.

S. 2. Decernentes easdem praesentes litteras, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irrum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at tentari.

S. 3. Quocirca memorato Ministro Generali harum serie committimus, & mandamus, ut ipsas praesentes litteras in omnibus, & singulis Ordinis praefati Provinciis & Conventibus quamprimum publicari cureret, ne quisquam illarum ignorantiam allegare possit.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolici, ac quatenus opus fit dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumlibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur status, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulciis, & literis Apostolici in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum interfici habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceteraque contraria quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, qua haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostenta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris, die 2. Octob. 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Quod Abbas Generalis Congregationis Vallis umbrosæ pro tempore exiftens Mozzettam, & Mantellettam, Pileum, & Biretum Prælatitios etiam in Capellis Pontificiis deferre, & gestare possit.

*Simile Indultum concessit alteri Congregationi Alex. VII. Conf. 99. & conf. 167. Decet.*

XLVII.

CLE-

Clementis  
praefatius  
vz.Executorum  
praesentium  
deputata.Contraria  
derogata.Transumpto-  
rum fides.Dat. P. A. 2.  
die 2. Oct.

XLVII.